



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 77. Varii Societatis Scriptores hoc anno denati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. Gregorii obitum protractam ad sua tem  
A.C. 1603. hora protenderet, manum quidem ad  
movit, tresque libros confecit, calamum  
tamen paulopost mors excusit; die  
nim vigesima Octobris Tibure anno  
tatis suæ sexagesimo septimo mo  
tuus est.

## §. LXXVII.

*Varii Societatis Scriptores hoc ann  
denati.*

*Alegambe  
l.c. Miræ:  
Script.* Plures adhuc e Societate Scriptores  
occurrunt, qui hoc anno e vita mi  
grarunt, quos inter præcipui sunt.  
*Sæc. XVII.* Antonius Vivianus, qui Petracorii na  
tus, Tolosæ in ipso hujus anni limine  
anno ætatis suæ quinquagesimo septime  
decessit: edidit gallice librum de im  
itatione Christi, epistolas Generalium  
Societatis, necnon libros de Angelis  
custode, de Virginitate, de oratione  
quadraginta horarum, & de Pietate  
erga Deiparam. II. Joannes Arnbr  
ster natione Germanus, patria Franco  
qui Spiræ die vigesima septima Martini  
quinquagenarius decessit. Exstat ejus  
Olivetum Spirense rogatu Canoniconum  
Spirensium editum. Descripsit etiam  
metro divos quatuordecim Auxiliares po  
blico cultu celebres in Diœcœsi Bambergensis  
præter orationem in mortem Danielis  
Archij

Archiepiscopi Moguntini. III. Andreas Sæc. XVII.  
Vermadius natione Belga, patria Arn-

A.C. 1603.

hemius, qui die vigesima quinta Au-  
gusti naturæ debitum solvit, posteris  
relicta epistola *ad Justum Calvinum*, qua  
*novem ipsius quæstionibus de fide respondit*.

IV. Emanuel Pimenta Lusitanus, qui  
varia poemata, necnon epigramata de  
Regibus Lusitanis conscripsit, præter  
elogium de die Purificationis B. V. Obiit  
Eboræ die prima Octobris. V. Grego-  
rius de Valentia, de cuius fato jam  
supra mentionem fecimus. Hic multa  
opuscula de fidei controversiis contra  
Sectarios, necnon de rebus fidei suo  
tempore controversiis elucubrabat. Scri-  
psit etiam plura contra Antonium Sa-  
deel & Fortunatum Grellium Calvini-  
tas, quod opus Ingolstadiensibus li-  
teris excusum prodiit: Exstant etiam  
ejusdem Authoris commentarii Theo-  
logici, & Disputationes in summam D.  
Thomæ Aquinatis. VI. Joannes Azor  
natione Hispanus, patria Marcianus ex  
oppido Lorca die decima Februarii Ro-  
mæ fatis functus. Scripsit libros III.  
Institutionum moralium, & Commen-  
taria in Cantica Canticorum. VII.  
Joannes Oranus Leodiensis latine red-  
dedit librum Petri Ribadineiræ de Prin-  
cipe Christiano adversus Machiavellum;  
edidit quoque apologiam *pro Societatis*

inno-

Sæc. XVII. *innocentia* præter literas Japonicas, M.  
A. C. 1603. gorenicas & Sinenses: Vitam cum  
morte commutabat Montibus Hamno-  
niæ die trigesima prima Maii.

## §. LXXVIII.

*Desiderii Buffet Carmelitæ mors.**Biblioth.**Carmel.**Jos. Falco**Chron. Car-**mel. Lud.**Jacob. de-**script. Prov.**Narbon.*

**H**is merito accensendus est P. Deside-  
rius Buffet natione Gallus, in Pa-  
go Dommariensi Diæcesis Lingonien-  
natus. Hic iis artibus, quibus æ-  
puerilis informari ad humanitatem lo-  
let, apprime excultus Divione Phi-  
losophicis æque ac Theologicis discip-  
lis egregiam navabat operam; secun-  
vero serio reputans humanarum reru-  
caducitatem, arctioris vitæ cupiditas  
exarsit, ac ibidem Carmelitarum Rel-  
gioni nomen dedit, ubi emenso studio  
rum curriculo Parisios missus, ob pre-  
clara ingenii sui specimina Anno le-  
carnationis Dominicæ millesimo qui-  
gentesimo quinquagesimo nono in Ac-  
demia Parisiensi Doctoratus Laurea de-  
coratus est: postea honorifica sui Or-  
nis munia obiens, tandem anno De-  
mini supra millesimum quingentesim  
octogesimo secundo per Universum  
Franciæ Regnum Vicarius Generalis  
nominatur. Erat Vir inter literatos æti-  
matissimus, inter suos Zelosissimus, stre-